12 inſeparabile. ¶ † Vlterius queritur de tali queſtione: pone tres ſunt fratres: vnus decedēs facit teſtamentum, ⁊ inſtituit turpem perſonā, ⁊ vnuꝫ ex fratribus ingratum exheredat, alium non ingratum pꝛeterit: modo queritur vtrum iſte non ingratus reſcindat teſtamentum in totum, an vero ſolum pꝛo dimidia. dicit Gui. quod in totum: quia pars ingrati accreſcit grato. arg. ff. eo. l. qui repudiantis. ⁊. d. §. ingratitudinē. Ego dico qđ quādiu eſt incertum an exheredato cōpetat querela: pꝛeteritus non poteſt agere querela niſi pꝛo parte ſua. arg. ff. eod. l. pater filium. quia non apparet quod ius exheredati defecerit: ⁊ ideo non
13 conſtat de iure accreſcendi. ¶ † Octauo quero de iſta queſtio. Statuto cauetur quod ſuperſtite
a fratre ſoꝛoꝛ[a] non ſuccedat: modo pone in terminis Guil. ꝙ frater erat exheredatus, ſoꝛoꝛe pꝛeterita, an exheredatus obſtet ſoꝛoꝛi? ⁊ videtur quod non: cum exheredatus habeatur pꝛo moꝛtuo. vt. l. j. in fi. de contratab. So. dico quod ſoꝛoꝛ debet expectare an exheredatus moueat querelam: ⁊ ſi labitur tempus exheredato, vel alio modo excludatur: tunc ſoꝛoꝛ ad querelam vocatur. arg. d. l. pater filium. ⁊. l. ſi is qui. ff. eod. ſtatutū ergo debet intelligi qđ excludatur ſoꝛoꝛ, non pꝛeciſe: ſed ita demum ſi frater ſuccedat. Intētio ergo ſtatuti eſt ponere oꝛdinem pꝛelationis, non neceſſitatem excluſionis. ¶ Sed quid ſi iſte frater eſſet frater minoꝛ? Reſpon. quia tunc excluditur ipſo iure, non eſt vlterius expectandum ſoꝛoꝛi: ſed ſtatim querelam mouere poteſt. ad hoc facit. ff. de coniung. cum emā. lib. l. j. §. ſi pater. ⁊ ibi per Bar. facit quod not. in ſimili. ff. de leg. j. l. filius. §. cum quis erit. ⁊ hec ſufficiant.

1 ☞ Pꝛoteſtatio patris pꝛeſumitur cōtra filium: quia ſentētia patris inducit pꝛeſumptionem ingratitudinis.
2 Merita qualiter pꝛobantur.
3 Inimicitia qualiter pꝛobatur.

¶ Lex vigeſimaoctaua.

Liberi. Liberi exheredati pꝛeſumuntur ingrati, niſi pꝛobēt ſe gratos. hoc pꝛimo. ¶ Parentes exheredati pꝛeſumuntur grati, niſi pꝛobentur ingrati. h. d. ſecundo ibi ſinantē.
1 ¶ † No. ꝙ pꝛoteſtatio patris pꝛeſumitur contra filiū: quia ſententia patris inducit pꝛeſumptionem ingratitudinis: ſed hoc hodie eſt coꝛrectum: vt. j. eo. l. omnimodo. licet ergo alias pꝛeſumatur pꝛo ſententia iudicis: tamen hic pꝛeſumitur pꝛo ſententia teſtatoꝛis. ⁊ eſt ratio: qꝛ in pꝛopꝛio facto in iniuriam alterius credi non debet.
2 ¶ † Scđo no. quomodo pꝛobātur merita, qꝛ pꝛobantur, pꝛobando continuata obſequia: vnde fiet articulus, qđ filius erat patri reuerēs, ⁊ obediēs, ⁊ nō, fiet articulus de momento tempoꝛis: ſed quod continue filius erat in obſequio patris. Adde tamē hic ꝙ licet interdum fuiſſet ingratus: tamē poſtea ſupꝛema gratitudo ſufficit filio: vt dixiš. eod. l. fratres. ¶ Tertio not. quod magis pꝛeſumitur pꝛo parentibus, quam pꝛoliberis: quia naturale eſt ꝙ pater magis diligat filium, quam filius patrem:
3 ⁊ ita dicit Ariſto. ¶ † Quarto no[b]. quomodo pꝛobatur inimicitia, pꝛo-
b batur enim ex offenſione, vel niſi offenſionis, puta ex inſidijs. Item pꝛo-
c batur inimicitia[c], ſi quis contrahit parentelam, vel facit cōfederationes cum inimico. nam coniuncti ⁊ confederati pꝛeſumuntur eiuſdem intentionis: quod eſt nota. ⁊ ideo ex hoc caſu debent amittere feudum, quod eſt not. vt dicit glo. ⁊ pꝛobatur in vſi. feu. in tit. que ſit pꝛi. cauſa ami. feu. col. x. facit. l. iiij. ff. de leg. j. cum ſimi.

1 ☞ Collatio non habet locum, niſi quando tractatur de ſucceſſione aſcendentium. 4.
2 Donatio facta filio in poteſtate an conferatur.
3 Filius id quod acquirit ex titulo non lucratiuo, ſed oneroſo, an veniat in collationem.
5 Dos ⁊ donatio pꝛopter nuptias ab eo, vel ab ea pꝛofecta de cuius ſucceſſione agitur, reputatur in legitimam ad excludendam querelam inofficioſi.
6 Filia que recepit dotem a patre, ſi decedit relictis filijs, an in legitima quam habent in bonis, imputetur eis dos materna. 7.
8 Filia an poſſit inſtitui in dote, ⁊ ſi poſſit, an poſſit de reſtituenda dote grauari.
9 Filia inſtituta a patre iuſſa eſt eſſe contenta: an iſta filia poſſit aliquid pꝛetendere ſuper dote materna.
10 Dos quam pater dedit pꝛo filia, ⁊ pꝛeciſe ſtipulatus eſt ſibi vel heredibus eius reſtitui, an imputetur filie in legitimam.

¶ Lex vigeſimanona.

Quoniam nouella. Hoc dicit. Sicut donatio ꝓpter nuptias ad ſimilitudinem dotis confertur: ita in legitimam imputatur. h. d. No. quod dos ⁊ donatio pꝛopter nuptias conferun-
d tur, cum de hereditate aſcendentium[d] tractatur: quod vt intelligas, dic circa materiam collationis, que bona conferuntur. Breuiter ſeptē ſunt
1 regule notabiles, que hodie locum habent ſecundum Oldra. ¶ † Pꝛima regula, ꝙ nunquam habet locum collatio, niſi quando tractatur de ſucceſſione aſcendentium. ¶ Secunda nunquam habet locum collatio hodie, niſi bona que petuntur conferri pꝛoceſſerunt de bonis illius de cuius hereditate agitur, quando petitur fieri collatio. Iſte due regule pꝛobantur hic: ⁊ expꝛeſſius. j. de collat. l. vt liberis. Tertia regula ſimiliter negatiua eſt, quod peculium caſtrenſe, ⁊ quaſi, ⁊ aduentitiū, hodie
2 non confertur: vt. ff. de col. bo. l. i. §. nec caſtrēſe. ⁊. j. de col. l. fi. ¶ † Quarta regula, quod donatio facta filio in poteſtate: quia habet vim relicti, cum cōfirmetur per moꝛtem, non confertur: qꝛ id qđ poſt moꝛtē eius de cuius hereditate agitur queritur, non confertur: vt. l. j. §. ſi impuberi. de col. bo. ſed ſi eſt donatū emancipato tempoꝛe emācipationis, confertur:
e vt. d. l. vt liberis. §. fi. Si vero poſt[e] emācipationem, hoc pꝛius non actoꝛ tūc ſerua opi. Azo. vt nō fiat collatio, niſi in duobus caſibus: vt. j. de col. l. illud. §. fina. ⁊ hoc in ſimplici donatione. ſed in remuneratione non fiet collatio: quia non eſt mera donatio. ff. de donatio. l. aquilius regulus. et. ſ. eod.

¶ Inimicitia. Pꝛobatur etiā ſi cōtinuo habitas cū inimico meo. c. repellantur ⁊ ibi doc. extra de accu. ⁊ vide que ſcripſi poſt Bar. i. l. iij. §. fi. ff. de his quib. vt indi. alij modi habentur in. c. cum pꝛo. ⁊ ibi doc. extra de appel. maxime Pet. de anc. vbi quid de fratre offendentis. de aduocato pꝛocu. vel fideiuſſoꝛe accuſantis me criminaliter: vt etiā quid in iudicāte cōtra me, quid in cōuerſante cum inimico meo, dic ꝙ cenſetur inimicus. c. cum opoꝛteat. de accu. ⁊ vide Bal. in. l. j. j. ſi qua pꝛed. po. ⁊ plures modos vide per Mod. in. d. c. cum opoꝛteat.
d ¶ Aſcendentium. Adde Cy. in. l. nec emancipati. in. ij. q. ⁊ ibi Bald. j. de col. ⁊ Bar. in. l. pater. ff. de col. do.
e ¶ Si vero poſt. Adde Bar. in. l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de col. bono.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

§.eo.anẽ.vnde ſi parẽs.quicquid noteẽ.j.de col.l.ſi donationẽ.donatio
vero ꝑpter nuptias bene cõfert:vt hic.adde qđ dicã ſm gl.j.eo.l.oĩmo
do.§.fi.¶ †Quinta regula,qđ illud qđ acquirit filius ex tit.non lucrati
3 uo,ſed oneroſo,nõ venit in collationẽ.ff.de col.bo.l.j.§.nec caſtrenſe.ver.
hoc enim propter onera:qꝛ nõ videẽ adeſſe,cũ tantũ ſibi abſit de ꝓprio.
quantũ queſiuit.arg.ff.de vſufru.l.qꝛ qui pretio.⁊ ſi plus valeret,illud cẽ
ſetur ex induſtria:vt.ff.ad.l.fal.l.ſi heres.⁊ ſic aduentitium:⁊ ideo non cõ
4 ferendũ.¶ †Sexta regula eſt,ꝙ nunꝙ̃ collatio fit niſi decedentibus[a] il
a lis de quorũ hereditate tractaẽ,⁊ perſonis expreſſis in iure,non aliter:vt
j.cõmunia vtri.iudi.l.fin.¶ Septima regula eſt,qđ nunꝙ̃ tenetur con
ferre niſi ille qui vult pro rata ſua vniuerſaliter ſuccedere:vt.ff.de col.do.
l.fuit qõnis.⁊ eſt.l.fi.hoc de prima parte iſtius.l.¶ †Scđo no.ꝙ dos ⁊
5 donatio ꝑpter nuptias ab eo vel ab ea profecta,de cuius ſucceſſione agi
tur,in legitimã imputaẽ,ad excludendã in officioſi querelã,⁊ ſic ex teſta
mento.idẽ tñ puto ab inteſtato.¶ Op.iſta.l.videtur equiparare colla
tionẽ ⁊ imputationẽ,ſꝫ hec equiparatio videẽ falſa tam in rebus,quã in
perſonis,de rebus patet.j.de coll.l.illud.in princ.⁊ de perſonis patet:qꝛ
collatio nõ fit niſi certis perſonis,ſꝫ imputatio fit quolibet extraneo he
rede exiſtente:vt.j.eo.l.oĩno.ergo equiparatio falſa.Sol.iſta equipara
tio non fit ſimpliciter,ſed ſolũ in caſu huius.l.ſcꝫ in dote ⁊ donatione pro
pter nuptias.vel dic ꝙ hic nõ equiparat collationẽ ⁊ imputationẽ,ſꝫ do
tem ⁊ donationẽ propter nuptias:vt ſicut eq̃paranẽ in collatiõe.ita equi
paranẽ in imputatione,ſunt eñ dos ⁊ donatio ꝑpter nuptias correlati
ua:qꝛ vnũ ſequiẽ ad alterũ:⁊ ideo merito aſſimilanẽ.argu.j.de ind.vi.l.fi.
¶ Secundo op.⁊ videẽ ꝙ ſi mater,vel auus paternus dedit dotẽ,videẽ
donaſſe:vt.j.de rei vxo.ac.l.j.§.accedit.⁊.l.fi.de do.ꝑmi.ergo nõ impu
tatur in quartã:qꝛ non eſt de ſubſtantiã bonorũ morientis:vt.j.eo.l.ſci
mus.§.repletionẽ.So.qꝛ profecta eſt dos ⁊ donatio de ſuãbſtria bonorũ
morientis:ideo in legitimã nõ imputaẽ.nõ ob.qđ videaẽ donatũ:qꝛ non
eſt donatũ ſimpliciter.ſed rõne matrimonij,ꝑpter rõnẽ differentie dictã
6 in.d.l.oĩmodo.§.fin.¶ †Veniamus ad.q.⁊ primo formo hãc.q.Pater
b dedit dotẽ pro filia:filia decedit[b] anteꝙ̃ pater,cũ liberis,relicto nepote.
certũ eſt ꝙ iſti nepotes debent habere legitimã in bonis aui ex ſua per
ſona:qꝛ mater eſt ſubducta de medio,mõ queriẽ,nũquid in legitimã iſto
rum nepotũ imputeẽ eis dos materna.Bart.format hanc.q.ff.ad.l.fal.l.
in quartã.⁊ dicit ꝙ multi doc.cõſuluerunt ꝙ lꝫ iſta dos remaneat apud
nepotes,nõ imputeẽ in legitimã nepotũ,⁊ mouebanẽ per rõnẽ cõem.l.ſci
mus.§.repletionẽ.⁊.j.ea.l.nã legitima debet haberi de ſubſtantia iſtius
aui,de cuius ſucceſſione tractaẽ,ſed iſta dos penitus exiuit de ſubſtantia
bonorum aui,vnde iſti filij non habent eã ex auo,ſed ex ſucceſſione mater
na,⁊ ſic diuerſo iure,⁊ titulo.ergo non imputaẽ ſibi in legitimã debitã in
bonis aui,Triũ dicit Bar.ſe conſuluiſſe:qꝛ primo video qđ iſta dos ma
terna debet ab iſtis nepotibus cõferri:vt.j.de col.l.illã.§.fin.ergo debet
in legitimã cõputari,arguendo a ſimili.ſicut arguit hec lex.non ob.j.de
colla.l.illud.in ſi.prin.vbi dicit text.ꝙ nõ omne qđ confertur imputaẽ:qꝛ
iſtud eſt verũ,niſi put dicit ibi litera,quatenus in iure repetiẽ expreſſum
ex cõiunctione duarũ legũ,ſcꝫ.l.illam.§.final.⁊ huius.l.¶ Preterea hic
ſimpliciter expreſſe diciẽ ꝙ dos dꝫ cõferri a nepote,nec diſtinguit an dos
data ſit ſibi,an matri ſue:ergo intelligã indiſtincte.pro hoc facit.l.omni
modo.§.fi.j.eo.vbi nõ requiriẽ tũc ꝙ habeat a patre,ſꝫ qđ eius ocaſione
lucret:facit in rõne ſui.ff.de colla.bo.l.dedit dotẽ.¶ Preterea dicit ipſe
non eſt verũ,ꝙ ibi nepotes capiãt hereditatẽ tanꝙ̃ heredes matris,ſed
directe capiunt ab auo,qđ ꝓbaẽ duplici rõne.primo:qꝛ iſta dos eſt profe
ctitia:⁊ dotẽ ꝓfectitia filiafa.nõ habet heredẽ:vt.l.nupta.⁊.l.filie,mee.
ff.ſol.mat.Scđa ratio eſt:qꝛ de iure cõi iſta dos dꝫ reuerti ad dotantem,
vt.l.dos a patre ꝓfecta.j.ſol.ma.mõ cõſuetudo aufert dotãti,⁊ applicat
dotem liberis:ergo directe ⁊ immediate nepotes habẽt ab auo,nõ a ma
tre ipſorũ.vnde neceſſario ſequiẽ ꝙ imputent ſibi in legitimã portionem
7 ſm Bart.¶ †Ego habui cõſulere[c] in hac queſtione,ſub hac forma:pr̃
c dederat dotẽ ꝓ filia,⁊ ſtipulatus erat eã ſibi reddi,ſi matrimoniũ diſſol
ueẽ ſine liberis,predeceſſit filia cũ liberis:erat queſtio an iſti liberi impu
tarent ſibi hanc dotẽ in legitimã.⁊ dixi qđ nõ:qꝛ hoc caſu ex tacito pacto
remanet dos penes liberos,tanꝙ̃ penes heredes matris,ita ꝙ iſtam do
tem non habent ab auo,nec aui beneficio,ſed ex ſucceſſione materna.ꝙ
autẽ ipſi veniãt tanꝙ̃ heredes matris ad iſtã dotẽ,diſputauit Jacob.de
bel.⁊ Bar.idẽ tenet in.l.ſicũ dotẽ.in prin.ff.ſol.mat.Et per hoc nõ obſt.
rõnes Bar.qui dicit ꝙ directe capiunt nepotes ab auo:qꝛ hoc eſſet verũ,
qñ caperent vi conſuetudinis,ceſſante ſtipulatione.⁊ ita intelligo Bart.
ſꝫ qñ a contrario ſenſu ſtipulationis remaneat apud liberos,tanꝙ̃ apud
heredes mulieris,⁊ nõ hereditario iure aui,non teneneẽ ſibi imputare:qꝛ
non habent aui beneficio,ſed ex caſu:qꝛ mater predeceſſit:vt in.d.§.reple
tionem.ibi dũ dicit,quaſi iure aduentitio.nõ obſt.l.illã.§.fi.qꝛ illa loquiẽ
in collatione:que non fit niſi certis perſonis,ſed imputatio in legitimam
fieret reſpectu cuiuſcũꝙ heredis.vnde regule non ſunt pares:vt dicit di
8 cta.l.illud.in princi.¶ †Secundo queritur,nunquid filia in dote poſſit
inſtitui:⁊ ſi poteſt,nunquid poſſit de reſtituenda dote grauari.Reſpon
deo quo ad primum,ꝙ ex quo dos in legitimam imputatur,quod poteſt
in dote inſtitui,ſicut poteſt in legitima inſtitui.ita tenet Odofre.per hãc
l.⁊ gl.ff.de mino.l.iij.§.ſed vtrum.Et ſi tu dicis,quid operatur,cum filia
in re propria inſtituatur:vt.ff.fami.herc.l.Pomponius philadelphus.
Reſpon.operatur ius accreſcendi,vt dixi.ſ.eod.
auẽ.nouiſſima.¶ Ad ſecundum punctum re
ſpondeo,ꝙ vſꝙ ad legitimam non poteſt graua
ri,ſed ſupra legitimam dicit Dy.ꝙ licet in fidei
commiſſo vniuerſali non imputetur dos:tamen
ſpeciale fideicommiſſuꝫ valet.ff.ad trebellianũ.l.
mulier.§.cum proponeretur.⁊.l.a filia.⁊ de leg.ij.
l.fi.§.filie.ſm Cyn.j.de rei vxo.actio.l.j.§.videa
mus.ſed hoc intellige quando dos erat reuerſu
ra ad heredem grauantis.ſed ſi iure cõſolidatio
nis pertinebat ad filiam:non valeret fideicõmiſ
ſum:niſi tantum filie vltra legaretur.vel relinque
retur,quatenus ipſa grauaẽ:vt.l.titia.§.qui in
ultra.de leg.ij.⁊.l.pater filiaꝫ.in prin.ff.ad.l.falci.
hoc tenuit Ja.de bel.⁊ Barto.tenet in.d.§.filie.
9 ⁊ ego etiam ita cõſului.¶ †Tertio queritur.pa
ter inſtituit filiam in certis rebus,⁊ dote,⁊ iuſſit
eam eſſe tacitam ⁊ cõtentam,⁊ ꝙ plus de bonis
ſuis petere non poſſit.⁊ pone ꝙ res iſte ſint vltra
legitimam,⁊ etiam vltra dotẽ maternam,modo
iſta filia acceptat legatũ,⁊ nihilominus vult do
tem maternam:queritur an poſſit.⁊ videẽ qđ non
quia illa verba plus petere non poſſit,videẽ ha a
d bere animum cõpenſandi[d]:alias illa verba nihil
operarentur,ſiet ergo cõpenſatio:vt.j.de rei vxo.
act.l.j.§.ſciendum.Bart.cõſuluit cõtra:quia bo
na intelliguntẽ deducto ere alieno:vt.l.ſubſigna
tum.§.bona.de verb.ſig.modo filia petit dotem
tanꝙ̃ es alienum,nec petit plus de bonis patris, b
ſed petit de bonis matris.ad hoc.l.pretor.§.emã
cipati.de colla.bo.quam Barto.allegat pro caſu
hoc,ipſe ponit in.l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi.in fin.
ff.de oper.lib.Idem dicit in emphyteoſi,quan
do tranſit ad eos vt ad filios,non vt ad heredes,
ꝙ per dictam clauſulam non prohibentur res
emphyteoticas patere tanquam es alienum,ad
idem facit.d.§.ſciendum.ſi bene inſpiciatur,ibi
dum dicit niſi ſpecialiter pro dote.nota ꝙ dicit
ſpecialiter,⁊ hoc verum,niſi ex aliqua coniectu
ra appareat ꝙ pater ſenſerat de huiuſmodi com
penſatione,nam cõiecture ſtandum eſt:vt.l.cum
proponeretur.de lega.ij.⁊ ad hoc.ff.de leg.j.l.li
cet Imperator,⁊ hoc credo verum,quando te
ſtator dixit quod non poſſit plus petere de bonis:
vt.l.j.§.nunc videamus.ff.de coniun.cum eman. c
libe.¶ Sed quid ſi dixit ꝙ non poſſit plus pe
tere ſuper bonis ſuis?Reſpond.aut dos conſi
ſtebat in ſpecie:⁊ idem:quia nihil petitur ſuper
bonis defuncti,ſed ſuper bonis ipſius petentis:
vt.j.ſoluto matrimo.l.dotis.aut dos eſt in quan
titate,ſeu in genere:tũc non poteſt peti:quia ſi
ſuper bonis peteretur,ſiue perſonali ſiue hypo
10 thecaria ageretur.¶ †Quarto ⁊ vltimo queri
tur,nunquid dos quam preciſe pater ſtipulatus
eſt ſibi ⁊ ſuis heredibus,ita ꝙ filie non conſoli d
detur,imputetur filio in legitimam?Reſpondeo
non,niſi heredes patris ſtipulationem remit
tant.i.ius ſtipulationis cedant filie:vt.ff.de leg.
iij.l.vxorem.§.pater naturalis.⁊ ibi per Jaco.de
areti.Sed pone:pater remittit filiam in mona
ſterium,⁊ ponit certam quantitatem pecunie in
alteri:an illa computatur in legitimã filius mo
nialis:dicit Barto.ꝙ ſic:quia in vulgari appel
latur dos,vel ſaltem habet ſimilitudinem dotis.
ita not.Barto.⁊ ita dicit ſe conſuluiſſe.in.l.j.§.ſi
parẽs.ff.ſi a pa.quis fue.ma.quod verum credo.
⁊ tene menti.

a ¶ Decedẽtibus.vide latius ꝑ Bal.in.l.nec emancipa ti.poſt Cy.in pe.q.j.o col.⁊ adde.l.ex cauſa.j.fami.her.

b ¶ Filia decedit.vide Barto.in cõſi.xcviij.incip.huber tus.⁊ bar.in.l.illã.j.de coll.⁊ i.l.j.ſ.e.

c ¶ Conſulere.iſta deciſio in iſtis ter minis placet,ꝑ no.per Bar.in.l.poſt dotem.in.iij.q.ff.ſol.ma.⁊ ſic decidit id qđ indeciſum re liquit Bar.in.d.l.in quartã.hic alle.⁊ ita tenet ibi ang.

d ¶ Compenſandi.Adde gloſſ.in.l.ſi vxor.j.de bo.aut.iudi.poſ.

1 ☞ Jure veteri ſi filio erat minus relictum quã legitima,habebat querelam.
2 Inſtitutionis titulus an acquiratur in parenti bus,ſicut in liberis.
3 Filio exheredato an debeatur legitima.nume ro.4.
5 Pater inſtituit filiam in minus quam in legiti mam:⁊ prohibuit ꝙ non peteret amplius:an teſta mentum valeat.
6 Legitime ſuppletio a quo peti poſſit,an a ſolo he rede,an etiam legatarijs.

¶ Lex trigeſima.

**Omnimodo.** Ille cui aliquid in teſtamento relinquitur illud nõ pōt impugnare, ſed debet ad ſupplementum legiti. meagere, niſi probetur ingratus. In his vero in quibus nil relinquit iura vetera nõ mutantur. h. d. Item militia que pōt vendi, vel tranſmitti a patre, vel alio aſcendente proueniens, in legitimam imputatur, excepta militia ſilentiariorum.
1 ¶ † Nota ꝙ olim filius cui erat relictum minus legitima, habebat querelam: ſi erat exheredatus. ſi aũt erat p̄terit⁹, habebat ɔtra tab. vel ius dicẽdi nullum. Sed contra iſtos modos impugnandi teſtamentum prouidet hec lex. ꝙ ſi habet aliquid quoquo relicti titulo, non habet querelam, nec ius dicendi nullum, nec contratab. ſed agit ad ſupplementum: niſi teſtator dixerit eum ingratum, et heres ingratitudinem probet: quia tunc non agitur ad ſupplementum. ſed ſi teſtator non dixit eũ ingratum: heres non poteſt hoc allegare[a]. et hoc dicit vſq; ad verſiculum, et hec quedem. ibi tractat quãdo aliquid relinquitur, ſed quando nihil relinquitur exheredato: datur querela. Preteritis vero linea paterna datur contratab. Uel ius dicendi nullum: quia in hoc vetera iura remanent incorrecta. h. d. vſq; ad. §. imputari. ¶ Opp. et videtur quod legatum non excludat cõtratabulas, nec ius dicendi nullum: quia licet filius ſit legatarius: tamen ex quo non eſt inſtitutus, vel exheredatus, dicitur preteritus, vt. l. filium. §. omnibus. de legat. preſtan. et. j. de liberis preteritis. l. maximum vitium. Solu. concedo quod de iure veteri iſte tanquam preteritus poterat teſtamentum impugnare. ſecus autem de iure nouo: quia de iure C. non attẽditur preteritio, cum ſufficiat quoquo relicti titulo: vt hic, et. j. eod. l. ſcimus. §. cum autem. et idem etiam fuit approbatum per authentic. de trien. et ſemiſ. §. primo. ſed contra hoc oppo. quod non ſufficiat quoquo relicti titulo, ſed requiratur titulus inſtitutionis: quo ceſſante, tanquam preteritus poteſt rumpere teſtamentum: vt in auth. vt cum de app. cogno. §. aliud quoq; capitulum. Solu. concedo de iure nouiſſimo: quia requiritur titulus inſtitutionis in deſcendentibus, ſecundũ omnes. non dico quod titulus inſtitutionis requiratur in tota legitima, ſed ſufficit in vno minimo: vt not. ff. ad trebellia. l. ſi quis a priore.
2 ¶ † Uenio ad queſt. et quero nunquid in parentibus, ſicut in liberis requiratur titulus inſtitutionis. [b] Jacob. de beluiſo, in. §. aliud quoq; capitulum. tenet ꝙ ſic. vnde ſi parentibus non eſt relictum iure inſtitutionis: poſſunt dicere teſtamentum nullum, et etiam venire per contrata. qꝛ in. §. et hic quidem. vt cum de app. cogn. dicit idem in liberorum teſtamentis, et in teſtamẽtis parentum. Item in eod. titu. in. §. ceterum, dicit: ſolam enim eſt noſtre ſerenitatis intentio parentibus et liberis iniuriam preteritionis et exheredationis auferre. Ecce text. expreſſum: quia qui non eſt inſtitutus, nec exheredatus, eſt preteritus. ideo ſubdit in text. parentes optãt a filijs honorari, ſed iſte honorabilis titulus habetur pro inſtitutione: vt not. ff. de legat. preſtan. l. filium. §. ſi legata. alias §. ſed et ſi. et hec eſt veritas, et ita conſului[c]. ſꝫ Bar. tenet contra quod in parentibus ſufficiat quoquo relicti titulo. ita tenet ipſe in. l. ſiue. §. excluditur. de iurepatr. vbi dicitur ꝙ in patrono ſufficit quoquo relicti tit. ergo idem in patre, nec reperitur hoc correctum in patre, ſed tantum in liberis: quia
3 falſum eſt per tex. aliter. ¶ † Secundo quero nũquid exheredato debeatur legitima. et videt̃ tex. eſſe hic ꝙ ſic, niſi probetur ingratus. loquor in exheredato, cui aliquid eſt relictum iure legati vel fideicommiſſi, ſed ſi ſibi nil eſt relictum, ſibi non debetur legitima vt legitima, ſed competit ſibi querela inofficioſi. de hoc not. ff. de vulgar. et pupillari ſub. l. cum ex filio. in principio. Scias tamen ꝙ Jaco. de bel. eſt hodie in opin. Mar. quod ſi cauſa exheredationis eſt falſa. quod preſumitur. ſi vero nõ probatur quod teſtamentum eſt ipſo iure nullum: poteſt agi perpetuo peti. here. vel per ius dicendi nullum, ac ſi cauſa non eſſet inſerta in exheredatione: qꝛ nõ plus
d operatur falſa cã ꝙ nulla[d], ſcđm eũ q ita tꝫ in auth. vt cũ de appel. cog. §. ſiue igit̃ oẽs. et p hoc facit tex. j. e. tit. §. hec autẽ. ver. in aliquo aũt negotio diſceptantes. qꝛ preſumit̃ pater et dolo et machinatione induct⁹, ideo teſtamentũ nõ valet. ſicut ibi aperte dicit: qꝛ dolo eã et machinatiõe quorundam compoſitã fuiſſe cõperim⁹, nullo modo permiſimus obtinere. filiã aũt heredẽ patris vel matris iuſſimus fieri. Ecce ꝙ nõ facit mentionẽ de querela. ſed ipſo iure defert hereditatẽ, niſi dicas ꝙ ibi apparebat qđ dolus dederit cãm teſtamẽto. et ſic eſt alius caſus a caſu premiſſo. et no.
4 illum tex. omnimodo. ¶ † Tertio quero de tali. q. Peter filiũ heredem
e inſtituit in re certa[e] in teſtamento ſuo, et heredẽ extraneũ inſtituit vniuerſalem: et poſtea in codicillis ademit filio qđ in teſtamento reliquerat. queritur an filius poſſit dicere teſtamentũ nullũ. et videt̃ ꝙ ſic, vt hac. l. §. ſiue igitur. in. q. quã ibi poſui. et hoc quidẽ: qꝛ nihil inuenit ſibi relictũ tempore mortis. Jac. de bel. de facto conſuluit cõtrariũ: qꝛ dicit ꝙ in codicillis iſta inſtitutio in re certa facta de filio non pōt adimi: qꝛ conſiſtit in ea ſubſtantia inſtitutionis heredis: ſꝫ ſecus eſſet in extraneo in re certa inſtituto. cui non deberet legitima: qꝛ illa inſtitutio poſſit adimi in codicillis cum preciſe redigatur ad inſtar legati. ita tꝫ Jaco. de bel. in auth. vt cum
5 de appel. cog. §. et hoc quidẽ. in fi. §. quod diligenter no. ¶ † Quero, pater inſtituit filium in minus legitima parte, et p̄hibuit ꝙ nõ plus poſſit petere, vel habere. modo queritur vtrũ iſtud teſtamentũ valeat. et videt̃ qđ non: qꝛ filius debet habere iure inſtitutionis, propter ius accreſcendi, ſed iſta verba p̄hibent ius accreſcẽdi: vt. ff. de here. inſtit. l. quoties. §. ſi duo in fi. §. ergo teſtamentũ nullũ. Ueritas eſt in ɔ̃riũ: qꝛ in filio et quolibet alio, cui debet̃ legitima, iſta verba nihil operant̃ nec quo ad impediẽdũ ſuppletionẽ, nec quo ad teſtamenti impugnationẽ. ite eſt text. not. in. §. ceterũ. in auth. vt cum de app. cog. ibi dũ dicit, etiã certis rebus iuſſi fuerint eſſe cõtenti hoc caſu teſtamentũ quidẽ nullatenus ſolui permittim⁹.
6 ibi eſt caſus, et vide Ja. de bel. ¶ † Ultimo quero, a quo debeat peti iſta ſuppletio legitime: vtrũ a ſolo herede, an ab herede et legatarijs pro rata. tex. in. d. §. ceterum. dicit ab heredibus impleri, ſecundum alias noſtras leges, ſꝫ alius tex. eſt de bonis liber. l. libertus ſub conditione. §. libertus patrono. nã dicit ꝙ p rata portione legitima detrahit̃ ab herede et legatarijs. ɔueniunt̃ ergo legatarij cõditione ex. l. ſicut heres: quaſi cõdictio ex iſta lege ſit in reſcripta hoc caſu. hoc tenet Bar. ff. ad. l. fa. l. in quartã. Nõ ob. tex. i. d. §. ceterũ. dũ dicit, ab heredibus. qꝛ nõ dr̃, ab heredib⁹, ſimpliciter, ſꝫ dicit ſm alias noſtras leges. vñ nõ venit ad correctionẽ iuris veteris ſm Bar. hoc tangit Ja. de are. in. d. §. libertus. ¶ Sꝫ ego ſic di-
f ſtinguo[f]: aut legatarijs eſt relictum corp⁹ hereditariũ: tũc cõtribuunt legatarij ad legitimã, ſicut heres: et poſſunt cõueniri a filio: qꝛ legitima ipſo iure reſecat. ar. ff. ad. l. fal. l. lineã margaritarũ. Aut eſt eis legata quantitas in genere: tunc filius nihil poteſt ab eis petere: qꝛ non pōt petere legitimã, niſi in ſubſtãtia bonorũ teſtatoris, ſed iſtud genus nõ eſt in ſubſtãtia bonorũ teſtatoris, licet ex venditione rerũ hedreitariarũ poſſit percipi. hoc probat̃ in. l. ſcimus. §. repletionẽ. j. eo cõiuncta. l. cũ pater. in princ. ff. de leg. ij. et. ff. ad treb. l. deducta. §. nummis et c.

1 ☞ Militia quot modis accipitur.
2 Militia dicit̃ quadruplex.
3 Militia an poſſit vendi.
4 Beneficium eccleſiaſticum non poteſt imputari in legitimam: et an illud quod ſoluitur pro beneficio filij.
6 Filius ſi lucratur aliquid cum pecunia paterna, an lucrum illud debet conferre cum fratribus.
7 Quid de expenſis quas pater fecit in ſtudio pro filio.
8 Militia an ſit aliqua que debeat computari in legitimam.

1 **§. Imputari.** ¶ † No. ad euidentiam huius. §. qđ militia dr̃ multis modis. vno modo accipitur pro nuda dignitate, ſeu nudo officio: ſicut dicimus quotidie talis factus eſt miles doctor, vel aduocatus: vt. s. de aduoc. diuerſo iud. l. aduocati. et. ff. de bo. poſſ. ex tex. mili. l. j. et de iſta militia non loquitur iſte. §. alio modo accipit̃ pro eo ſup quo militat: vt ſi dicat̃ talis habet duas militias, vel tres vt ſic deſignet redditus, vel id cui militia adheret, ſicut dicimus: talis habet militiam curſoris. et de tali habes. ff. de lega. iij. l. fideicõmiſſa. §. ſi ſeruo. et. l. patronus. in prin. et. l. his verbis. §. alumno. et. j. de pign. l. finali. et in auth. ibi poſita. et. j. de collatio. l. illud. et de tali militia loquitur hic, ſm Odoff. et Guil. loquitur ergo hic de militia, que eſt quaſi quedam prebenda, ſeu quedã exercitiũ, ex quo ſumitur lucrum: vt. l. Lucius. el. j. de
2 lega. ij. ¶ † Secundo premitte ꝙ quadruplex eſt militia. quedam eſt militia que nõ pōt vẽdi, nec ad heredes tranſmitti, et de iſta nõ eſt dubium, ꝙ non confert̃, nec in legitimã imputatur, nec de tali militia loquit̃ iſte §. verbi gratia. Pater tu⁹ impetrauit tibi beneficium in curia. et pro illo beneficio expendit in bullis et alijs centũ libras: et tu adeptus es illud beneficiũ, ſeu officium. deinde pater tu⁹ decedit, et dimittit tibi aliqđ modicũ: tu petis ſupplementũ legitime alij: heredes volunt tibi imputare in legitimã beneficiũ ſeu redditũ tibi per patrẽ impetratũ, nunquid poſſunt: certe nõ: qꝛ nõ eſt in ɔmercio: et ñ nõ poſſet vẽdi, nec ad heredes trãſmitti, et ideo ſicut non pōt ɔferri: ita nõ dꝫ in legitimã cõputari, et qđ talis dignitas non

a ¶ Allegare. Ex hoc infert glo. hic ad qđ. de qua per Cyn. in. l. j. j. de reuocan. dona.
b ☞ Titulus inſtitutionis. Addo iſtũ in. l. maximũ. j. de libe. prete. Bart. et doc. in auth. nouiſſima. s. eo. Angel. in. l. nam et ſi parẽtibus. ff. eo. Pau. de caſtr. in. l. j. j. de bo. poſſ. contrata. et d. meum Jaſon may. i. l. ſi tibi col. ij. verſiculo, adde ꝙ predicte regule. et ſequent. ff. ſi cert. peta. obtinent cũ iſto. Celſus.
c ¶ Conſului. et ita ego de facto conſului i ciuitate coroni. et reſpondet ad alle. per Bart. per text. hic alle. et per rationẽ. l. nam et ſi parentibus. ff. eo. et vide Bald. in auth. ex cã. j. de lib. preter. et Bartol. et doc. in. l. j. ff. de teſta. et Bald. in auth. non licet. j. de naturali. libe.
d ¶ Nulla. Uide Bart. in auth. ex cã. circa col. j. j. de libe preteri.
e ¶ Re certa. Adde Bald. in. d. auth. ex cauſa, in col. vj. j. de liber. preteri.
f ¶ Sed ego ſic diſtinguo et c. Not. a quibus debet fieri repletio legitime, vide que dixi in. l. j. de inoffi. do. et ibi alle. Ange. in ſuis conſil. vide omnino. Andr. Barba.

tas non conferatur. eſt tex. ff. fami. herciſ. l. ſi filia. §. neratius. ⁊ §. Idem
ſcribit. ⁊ ff. de colla. bono. l. i. §. ſed an id quod. ⁊ ff. de mune. ⁊ hon. l. ⁊ qui
originem. §. ſi. tale ergo beneficium cõcernit perſonam: q᷑ nõ eſt quid pa-
trimoniale: ideo nõ imputetur in legitimã, que reſpicit patrimonium ad
hoc. ff. de mino. l. iij. §. ſi quis minori facit in ratione ſui. ff. de colla. bono.
l. cũ emancipari. §. emancipatus filius. ¶ Preterea iſtud beneficium eſt
quid ineſtimabile. ⁊ ideo non recipit onus collectionis. vel imputatiõis
q̃ eſt quid eſtimabile. ff. de leg. j. l. plane. la. ij. §. ſi. cũ ſeq. ⁊ q̃ no. j. de op.
libe. l. titius. ¶ Preterea imputare ſibi in legitimã, eſt quaſi quedã ſpe-
cies permutationis: vt q̃ debeat recipere in alijs bonis, recipiat in eo q̃
ſibi imputat: vt. j. fami. herciſ. l. filiũ quẽ habentẽ, ſed permutatio nõ ca-
dit in talibus beneficijs: q᷑ non ſunt in cõmercio: merito ergo nõ imputã
3 tur in legitimã hmõi beneficia. ¶ † Secũdo eſt reperire militiã, ſeu offi-
cium, q̃ poteſt vẽdi non tñ ad heredes trãſmitti: vt in tali militia ſeu be
neficio. de pretio patris acq̃ſito dicẽdũ eſt ꝙ imputet̃ in legitimã: vt puta
in republica ſunt aliqui redditus: qui a principe impetrantur ad vitã: ita
ꝙ etiam ad vitam impetrantis poſſit vẽdi. ſicut reperiuntur aliqua feu-
da huiuſmodi lege cõceſſa: q᷑ tunc hmõi beneficia ſunt quid patrimonia-
le, ⁊ ſunt in cõmercio, ⁊ ab aſcendente ꝓcedunt merito conferunt̃. ⁊ in le-
gitimam imputantur. ⁊ de talibus loquit̃ hic dum dicit, vt vendat̃, ſm
Gui. Bar. ponit aliud exemplũ, in. l. j. §. nec caſtrẽſe. de coll. bo. dicit ipſe:
In ciuitate iſta erat ↄſuetudo, ꝙ cuſtodia carceris vẽderet̃. ⁊ ille cuſtos
accipiebat certã quãtitatẽ pecunie a quolibet carcerato: ⁊ illa militia ſeu
officiũ poterat vendi alteri, non autẽ tranſmitti ad heredẽ. Itẽ pone exẽ-
plum in his qui emunt pondus florenorũ, ſeu ſtateram, ⁊ ſimilia, ſm con-
ſuetudinẽ huius ciuitatis. ⁊ iſta talis militia cõputat̃ in quartã. ⁊ venit
in collationẽ hoc modo, nõ q̃ eſtimetur quantũ cõſtitit patri, ſed quan-
tum iſta militia vendi põt tempore mortis patris deducto onere militie
vt hic. ⁊. d. l. illud. ⁊ ibi not. vſq; enim ad quantitatem oneris iſta digni-
tas non cõfertur: ideo hic litera dicit poſſe lucrari ⁊c. ſolũ ergo lucrũ cõ-
fertur, ⁊ imputatur. ⁊ hoc tenet gl. expreſſe in. d. l. illud. ⁊ in. d. l. i. §. nec ca
ſtrenſe. ver. ſed an hoc, ſm Bar. ibi. ¶ Tertia eſt militia, que non poſſet
vẽdi. ſed põt ad heredes trãſmitti: ⁊ potes ponere exẽplũ in feudo: vt ſi
aliquis acquiſiuit feudũ ab aliquo rege. vel barone, ſibi ⁊ liberis data
certa quãtitate pecunie pro inueſtitura: tale enim feudũ non põt aliena-
ri, vt in vij. feud. de prohi. feud. aliena. per fe. c. imperialem. Si ergo facto
⁊ pecunia patris eſt acquiſitũ, cõputetur in quartã: ⁊ ſi in totũ trãſmittat̃
ad heredes in totũ imputat̃. Si autẽ pro parte tranſmittat̃: vt eſt in ꝓui-
mis factorũ ſcri. qui tenebãt redditus, ⁊ nõ tranſmittebãt in totũ, ſ; daba
tur heredibus quedã ſumma pecunie: vt. j. de ꝓui. fac. ſcri. l. ſi quis in ſa-
cris. lib. xij. tunc illa pecunia q̃ trãſmittit̃, ſm Gui. cõputat̃ in legitimã.
Bar. dicit ꝙ intelligit hoc eſſe verũ, qñ pater q̃ſiuit feudũ filio in vita ip-
ſius patris: q᷑ tũc cõfert̃, ⁊ in legitimã imputat̃. Si aũt filius capit cauſa
mortis patris ⁊ poſt mortẽ patris, nõ cõfert̃: vt. ff. de colla. bo. l. j. §. ſi ab
ipſo. ⁊. l. ij. ver. diuerſum. ⁊ idem dicit in reb᷒ emphyteuticis quas pater
pecunia ſua ꝑ ſe ⁊ ſuis filijs cõparauit: q᷑ incipiũt eſſe filiorũ poſt mortẽ
patris: ⁊ ideo nõ veniunt in collationẽ ſm bar. Caueas ne erres: q᷑ loquitur
Bar. in collatione, nõ imputatiõe in legitima. nã illa regula q̃ poſt mor
tem patris querit̃, nõ transfertur, niſi retro fingat̃ queſitũ, nõ habet locũ
in imputatione, nã ea que habent vim relicti, imputant̃: tñ poſt mortem
querunt̃: vt hac. l. in prin. ⁊ ideo predictũ feudũ ⁊ emphyteuſis d; in legi-
gitimã imputari, ⁊ quantũ ad hoc dictũ Gui. eſt tenendũ ſine diſtinctio
ne Bar. ⁊ adde q̃ no. in. l. videndũ. in ſi. ff. de peti. here. ¶ Quarta mili-
tia eſt, que põt vẽdi, ⁊ ad heredes tranſmitti tũc iſta ſine dubio ↄfert̃, ⁊ in
legitimã imputat̃: vt ſi princeps dat mihi aliquã militiam ⁊ heredibus
meis, vel cui ius meũ cõceſſero. Si em̃ feudũ ponamus ꝙ ſic detur in le
gitimã, debet imputari per literã noſtrã. nam cũ in qualibet parte alter-
natiue huius litere fiat imputatio: ergo multo fortius in copulatiua. ar.
4 de lib. ⁊ poſthu. l. ſi ita. ¶ † Redeo ad primam militiã, ⁊ quero: video ꝙ
a beneficiũ eccleſiaſticũ [a] nõ imputat̃ in legitimã, ſed nũquid iſtud q̃ pa
ter expendit in curia pro conſequẽdo iſto beneficio, imputat̃ in legitimã
ipſius bñficiati: ⁊ breuiter dicendũ eſt ꝙ non, per dictũ tex. dicit. §. ſed an
id q̃. ⁊ eſt duplex ratio prima, propter on᷒ militie. ſecunda: q᷑ reputatur
b quaſi caſtrenſe: vt. s. de epiſ. ⁊ cle. l. ſac. ſancte. ⁊ idẽ dicendũ eſt ſi pr̃ [b] ex-
pendit in doctoratu filij, vel q᷑ fecit eũ fieri militẽ. nã iſte expenſe nõ im-
putant̃ in partẽ ipſius: vt. l. que pater. ff. fami. her. quid de expẽſis factis
vt fili᷒ militet cũ vxore: dic idẽ ꝙ nõ imputant̃ in partẽ ſuã: q᷑ cõſumpte
ſunt ante mortẽ patris. vnde tp̃e mortis nõ inueniũtur in ſubſtãtia bono
rum patris. ita not. in. l. iij. §. fin. ff. de mune. ⁊ ho. q̃ em̃ tempore mortis
non eſſet non põt in legitimã imputari: vt. ff. ad. l. falc. in ratione. ⁊. ff. de
bo. lib. l. ſi patronum ex debita. §. ſi ex bonis. quid ergo de veſtimentis. ⁊
ornamentis vxoris que extant: Reſpondeo illa ſunt cõia niſi ſint veſtes
quotidiane, que ſunt tranſlate in vnum quo ad ꝓprietatẽ ⁊ vſum. nã iſte
nõ ſunt cões, nec cõferunt̃, nec imputant̃. ⁊ hec ꝓbant̃ in. l. mortis ſue cã.
§. ſi. ff. de do. inter vi. ⁊ vxo. ⁊. ff. de pecu. l. id veſtimentũ. ſm Bart. qui ita
5 no. in. d. §. ſed an id quod. q̃ verum eſt. ⁊ tene menti. ¶ † Iuxta hoc que-
ritur. vidi an imputetur in legitimã illud quod pater ſoluit pro benefi-
cio filij: quero, quid de eo quod ſoluitur pro maleficio, nunquid imputa-
tur in legitimam: reſpond. ſi pater ſoluit ex neceſſitate: quia hoc dictat
ſtatutum, vel conſuetudo: tunc imputatur in legitimam, Si autem ſoluit
ſponte miſerationis cauſa: tunc non debet impu-
tari. ⁊ ita debet intelligi quod not. Ia. de are. in
l. ſtichus. de pecu. lega. ⁊ ibi per Bar. ⁊ quod no.
Gui. ff. de cõdi. inde. l. frater a fratre. qui allegat
l. liber captus. j. de capti. que loquit̃ quando ma-
ter ſponte ſoluit, vnde preſumit̃ cauſa pietatis, ⁊
tunc ideo nõ imputat̃. An autẽ pater poſſit cogi
c ſoluere cõdẽnationẽ [c] filij vſq; ad legitimã ceſſan
te cõſuetudine, vel ſtatuto: dic per Bar. in. d. l. ſti
chus. per eundẽ in. l. j. §. ſi impuberi. de col. bo. ⁊
in Spe. de execu. ſen. §. ſequit̃. ver. quid ſi filius. ⁊
ibi determinat Spe. ꝙ nõ, de hoc per Gui. ff. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſi quis pena per glo.
vbi idẽ determinat. ⁊ eſt caſus. j. de bo. dã. l. ſi fi-
lius. ⁊ vide quod no. j. de decre. decu. in rub. li. x.
6 ¶ † Iuxta predicta querit̃. filius lucrat̃ aliquid
cũ pecunia paterna, nũquid illud debet fratribus
cõferre, vel ſibi imputare: Rñ. ſi mortuo patre lu-
cret̃, certũ eſt ꝙ non imputat̃: nec cõfert, niſi eſſet
ſocietas inter fratres: vt. ff. d adini. tuto. l. titiũ ⁊
meuiũ. §. altero. Si aũt fuit lucratus in vita pa-
tris: aut erat emãcipatus: ⁊ idẽ: q᷑ eſt aduẽtitiũ.
nam filius emancipatus non põt habere peculiũ
d ꝓfectitiũ [d]: vt. j. co. l. ſi. aut erat in poteſtate: ⁊ tũc
acquirit patri, vt no. j. de bo. que lib. l. cũ oportet.
per Cy. ⁊ Spe. ponit in Spe. in tit. de iudi. in. iij.
parte vbi tractauit de materia fratrũ. Bar. dicit
ꝙ iſtud lucrũ pro dimidia attribuit̃ pecunie pa-
terne, ⁊ eatenus venit cõferẽdum, ⁊ pro dimidia
attribuit̃ ope filij, ⁊ eatenus nõ venit cõferendũ:
q᷑ lucrũ opere eſt aduẽtitium ſm Bar. in. d. §. al-
tero. ad hoc q̃ not. in ſimili in. l. j. j. ꝓ ſocio. iſtud
nõ eſt ſimpl'r verũ: pone em̃ ꝙ filius pecuniã pa-
tris ponit apud quẽdam cãpſorem, ⁊ de illa pecu-
nia habet certũ redditũ licitũ: certe tot᷒ iſte red-
ditus attribuitur illi pecunie per. d. l. j. ꝓ ſocio, ⁊
extra de do. inter vir. ⁊ vxor. c. per veſtras. ⁊ ideo
diſtinguẽdũ eſt ex facti qualitate. Si vero filius
nauigat ⁊ eſt cancellarius: ⁊ ex induſtria ſua me-
diante pecunia lucrat̃: tũc debet ↄſiderari eſtima
tio induſtrie. vt. l. ſi nõ fuerint. in ſi. princ. ff. ꝓ ſo-
cio. ſ; vbi ſine induſtria aliqua pecunia lucrũ af-
fert: tunc totũ eſt ꝓfectitiũ, ideo iſta arbitrio bo-
7 ni viri dirimẽda ſunt. ¶ † Quero quid de expen
e ſis quas facit pater pro filio in ſtudio [e], verũ mi-
nuãt ſuã legitimã, ⁊ de cõſumptis in ſtudio: dicẽ-
dum eſt ꝙ nõ, in. d. l. cũ op;. ſed quid de libris ex-
tãtibus: dic vt. j. fami. herc. l. filie cuius. ¶ Sed
nũquid eo ipſo ꝙ pater mittit filiũ ad ſtudium,
habet neceſſe emere libros: dic vt no. j. ad mace.
l. macedoniani, ibi habes. glo. or. ꝙ ſic. quid ergo
ſi pater eſt mortuus, nunquid fratres tenent̃ de
cõi emere libros huic ſtudenti: Dy. videt̃ tenere
ꝙ ſic, per. d. l. ſi filia. §. Idem ſcribit. ⁊ per no. in. l.
⁊ qui originẽ. §. ſi. de mu. ⁊ ho. ⁊. ff. ad muni. l. Lu-
cius. §. Idem rñdet. Bar. tenet cõtrarium in. d.
§. ſed an id q̃. in vlti. q. ⁊ reſpõdet ad. l. cõtrariũ
ꝙ loquit̃ in decuriõatu, vbi pater cõſentiẽs obli-
gatur, ſed hic pater non eſt aliquo obligatus. fa-
tetur tamen ꝙ ſi filius aliquam obligationem fe-
ciſſet in ſtudio, ꝙ iſtud eſſet ſoluendum de com-
muni, ſi talis obligatio facta eſſet ex cauſa licita,
⁊ honeſta, ⁊ occaſione ſtudij, non alia occaſione:
quod verum credo, per rationem dictarum. ll.
8 ¶ † Extra op. ⁊ videtur ꝙ nulla militia debeat
in legitimam imputari, quod ſic ꝓbo. pater ex-
pendens in militia filij, videtur expendere ani-
mo donandi, niſi filius haberet bona, ex qui-
bus poſſet ſumi alia coniectura. argu. l. vlti. ff. de
peti. here. tunc arguo. Illud quod eſt donatum
non computatur in legitimam, niſi hoc expreſſe
ſit dictum a donante: vt. j. eo. l. ſi quando. §. fina.
¶ Sol. dic ⁊ notabiliter ſecundum glo. ꝙ eſt re-
perire triplicem modum donationis inter viuos,
quedam eſt donatio ſimplex: quedam ob cauſam
naturali affectione munitam: quedam eſt dona-
tio ob cauſam nõ naturali ratione munitam, ſed
per modum remunerationis. prima donatio ſci-
licet ſimplex, vel ſimpliciter inter viuos, non im-
putatur in quartam, niſi fuerit expreſſum per do-



a ¶ Bñficiũ eccle-
ſiaſticũ nõ imputa
tur in legitimã. ad
de Gui. de cu. hic
nu. ij. ⁊ q̃ ibi po-
ſui ſ apoſt. ad ipm
in ver. nõ d; ſ legi-
timã cõputari vbi
ſoluit̃ hoc queſitũ
Bar. i. l. j. §. nec ca
ſtrenſe. ver. dico er
go ꝙ quedã. ff. de
colla. bo. Ang. i. l.
in quartã. ⁊ ibi do.
Alex. col. xij. verſ.
Itẽ in quãtũ barr.
ff. ad legẽ fal. ⁊ do.
meũ do. Iaſ. may.
in. l. illud. j. de col-
la. Celſus.

b ¶ Si pater expẽ-
dit. Adde Bal. in
aut. ex teſtõ. j. de
colla.

c ¶ Legitima autẽ
filij condẽnati pro
delicto viuẽte pr̃e
admiſſo, an eode;
mortuo fiſco de-
beat̃, vide hunc in
addi. ad Spec. tit.
de execu. ſen. ver-
ſicu. lat. in filium.
Phi. Dec.

d ¶ Adde q̃ idem
t; Bal. ipſe in. l. vt
liberis. colũ. j. j. de
colla. vñ ſit vt q̃
querit, ſibi querat
⁊ quo ad ꝓprieta-
tẽ, ⁊ quo ad vſum-
fruc. Cũ hmõi que
ſita aduentitia cẽ-
ſeantur, in quibus
pr̃i vſufruc. nõ q̃-
rit̃. Inſti. ꝑ quas
pſon. no. ac. iuxta
Albe. de Roſat. ⁊
Ang. C. q admit.
col. pe. Phil. dec.

e ☞ In ſtudio. Ad
de ꝑ hui᷒. q. ⁊ ſeq.
diſſolutiõe, q̃ no-
taui in apo. ad iſtũ
in. l. filie cuius. nu.
xij. in ver. ad muni
cipales. j. fam. her
ciſ. bart. i. l. j. §. nec
caſtrẽſe. in ſi. i ver.
non tenebunt̃ he-
redes. ff. de colla.
bo. Celſus.

nantem:vt.d.l.ſi quando.§.fina.j.eodem titu.vel niſi inter liberos emergeret inequalitas:vt.j.de collatio.l.vt liberis.§.ſi.ꝛ.l.illud.in ſi.donatio vero cauſa mortis bene imputatur in legitimam, que habet vim legati.vt.ff.de bo.liber.l.etiam.§.ſi debita. Secunda donatio ob cauſam naturali affectione munitam eſt, quando pater donat ſilie cauſa dotis:vt.l.Pomponius philadelphus.ff.fami.hercis.ꝛ.l.ſi.in princ.ff.de his que in fraucre.vel dat filio occaſione donationis propter nuptias:ꝛ iſtud in legitimam imputatur:vt.ſ.eod.l.quoniam nouella. quia pater hoc facit ex officio paterne,ꝛ lex eum cogit ad dotandum: vt.l.qui liberos.de ritu nup. ꝛ ideo non intelligitur ſimpliciter donare.[a] Tertia donatio eſt ob cauſam non naturali affectione, vel ratione,ſed remuneratione munitam: et tales res ſic donate non imputantur filio in legitimam: quia donantur filio vt extraneo. Nam ſi fuiſſet donatum extraneo, vt ipſe extraneus poſtea in aliqua parte inſtitueretur,haberet vtrunqꝫ.vnde filius non debet eſſe deterioris conditianis quam extraneus. paribus exiſtentibus meritis, ita intelligitur qd not.ſ.eo.aut. vnde ſi parens.ꝛ ita debet intelligi quod legitur ꝛ notatur.j.de colla.l.ſi donatione.ꝛ hoc ſm Guil.de cug.in hoc.§. ꝛ idem de verbo ad verbum dicit Bar.in.d.§.ſed an id quod.

a ¶ Donare,non eſt bona ratio ꝑpter l.quã nouella.ſ.eo.vbi dos a matre,q̃ nõ cogit̃ dotare,pſumitur donata.l.prima.§.excedit.ꝛ §.extranenm.j.de rei vxor.acti.ꝛ tamen in legitimam imputatur.

## ¶ Lex trigeſimaprima.

QUe nuper. ¶ Statutum in.l.omnimodo.in teſtamento in ſcriptis,habet locum in teſtamento nuncupatiuo. hoc dicit. Et dic quod iſta lex poteſt intelligi duobus modis. Primo modo ſuppletiue,quaſi per.l.omnimodo. Non eſt prouiſum niſi de teſtamento in ſcriptis.vnde quia illa.l.corrigebat ius vetus,expediebat ſuppleri de teſtamento nuncupatiuo: alias enim ab identitate rationis non induceretur legum correctio:vt no.ſ.de ſac.ſanc.eccle.authenti.quas actiones. ¶ Secundo modo,ꝛ melius,poteſt intelligi,quod veniat declaratiue:vt declarat quod.l.omnimodo. habeat locum in teſtamento quolibet modo facto, ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis: quia non eſt vis in modo fiendi, ſed in ſubſtantia diſpoſitionis. cum ergo eadem ſit vtriuſqꝫ teſtamenti ſubſtantia:ergo idem ius debet eſſe. ſecus in his in in quibus ponderetur modus,ſeu ſcriptura:vt.l.j.in principio.ff.de his que in teſtamento delen.ꝛ.j.de edi.diui adri.tol.l.edicto.

b ¶ Legitima enim ſtatim ipſo patre mortuo debet̃ vel ipſis filiis poſt mortem vxoris teſtatoris inſtitutis. de q̊ per Alexand.in.l.extraneũ.j.de here.inſtitu.ꝛ Jo.an.in addi.ad Spe.ti.d pign.Phi.Deci.

1 ☞ Legitima non patitur aliquam dilationem, neqꝫ onus.nu.2.
3 Pater ſi reliquit filie pro dote,an dicatur dilatio, vel conditio.
4 Filius ſi eſt ſolus heres inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,an ſit heres pure in ſolidum.
5 Statutum dictat ꝙ filia debeat eſſe contenta de eo quod pater ſibi relinquit. pater relinquit filie certam quãtitatem cum onere:an illud onus poſſit opponi.
6 Pater dedit dotem pro filia,poſtea inſtituit eam heredem in legitima,an inſit tacite quod filia imputet ſibi in legitimam illam dotem.
7 Pater an poſſit facere in teſtamento ne filius detrahat duas quartas.

## ¶ Lex trigeſima ſecunda.

QUoniam in prioribus. De legitima ſubducitur omne grauamen conditionis, vel temporis, vel alterius grauaminis.hoc dicit Barto.vel ſic: Onus dilationis,conditionis,vel cuiuſcunqꝫ grauaminis,inſertum a teſtatore in debita iure nature,habetur pro non inſerto: ꝛ valet relictum tan-
